



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 11. Aristotelis locus, allatis Theognidis versibus, qui ea[n]dem
sententiam continent, illustratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

tereundum silentio, suspicari me, quod apud Plutarchum legitur, τύχαις ὀμιλήσαι, legi debere, ὀμιλήσαι, puto enim τύχαις ὀμιλήσαι, esse, naturam suam versare, & ad fortunæ mutationes inflectere. sed de hoc alij iudicabunt.

Aristotelis locus, allatis Theognidis versibus, qui eandem sententiam continent, illustratus.

CAPVT XI.

ARISTOTELES primo Rhetoricorum, cum enumeraret ea quæ animū facere alicui possent ad iniuriam alteri inferendam; id quoq. posuit, quod quotidie experimur: amicitiam, non illam quidem veram & perfectam, sed vt vulgò amicitia nomine vitimur, cum quamlibet familiaritatem ac consuetudinem vitæ, amicitiam vocamus: eam igitur efficere, vt homines improbi ad imponendam iniuriam sint audentiores. facilius enim se id quod volunt, effecturos esse credunt: cum ab inimicis omnes sibi caueant: ab amicis nemo sibi cauendum putet. id autem ante Aristotelem sapientissimus poëta dixerat Theognis: cuius hi versus sunt:

Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἔξαπατῆσαι
Κύρνε. φίλον δὲ φίλῳ βέβαιον ἔξαπατῆσαι.

quos versus ita ludibundi conuertimus:

Fallere difficile est inimicum. at amicus amicum

Fallere non magno Cyrne labore potest.
Sed & Cicero libro primo accusationis ait, nullas esse occultiores infidias, quàm eas quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine.